

Sermo

factus est: spiritualis sue seruandę rectitudinis admoneret. et decor limi deformitatem argueret animi. Quid enim indecētius q̄ curū recto corpore gerere animū? Peruersa res est et feda. luteū vas quod ē corpus de terra: oculos habere sursum: celos libere suspicere. celozūq; luminaribus oblectare aspectus. spirituale vero celestēq; creaturā suos e contrario oculos. id est internos sensus atq; affectus: trahere i terram deorsum. et que debuit nutriri in croceis herere luto tanq; vnā de subibus amplexariq; stercorea. **E**rubescē anima mea diuina: pecorinā cōmurasse similitudinē. Erubescē anima ait corpus. in mei consideratione. **C**reatura similis creati recta: me quoq; accepisti adiutorizū simile tibi. vti q; s̄m linimenta corporeę rectitudinis. Quocunq; te veritas: siue ad deum sursum siue ad me deorsum. (nemo siquidem carnem suā vnq; odio habuit) vbiq; occurrit tibi species decoris tui. vbiq; pro statu tue dignitatis habes de magisterio sapientie familiarē admonitionē. **D**e ergo meam quā tui gratia accēpi retinente et seruante prerogatiuā. tu quomodo non cōfunderis amisisse tuam. **A**ur suaz in te cōditor: in tuetur abolitā similitudinē: cum tuam in me tibi conseruet assidueq; repręsenter. Jam omne adiutorizū quod tibi ex me debebatur vertisti tibi in confusionē. abuteris obsequio meo. idigne humanū corpus inhabitas. brutus et bestialis spiritus. **I**stiusmodi ergo curę anime non possunt diligere sponsam. quoniam non sunt amice sponsicū sunt mūdi. Qui vult (inquit) amicus esse huius mūdi: inimic⁹ dei constituit. **E**rgo querere et sapere que sunt super terrā. curuitas anime est. et eregione meditari ac desiderare que sursum sunt: rectitudo. **E**t hanc rectitudinem vt sit perfecta in omnib; inueniri necesse est sensu atq; consensu. **I**llū vero rectuz corde dixerim. qui et recte in omnib; sentiat et a recto qđ senserit in nullo dissentiat. **E**cce de quib; dicitur ad sponsam. recti diligunt te. **Q**ui videlicet in omnib; et recte et recto acquiescūt. **R**ectū reuera te dixerim si recte in omnib; sentias et factis non dissentias. **I**nuisibilis animi statū nūciet fides et actio. **R**ectū iudica. si fide catholi-

cum et iustum opere pbaueris. **S**i q̄ minus curū censere nō dubites. **S**ic nempe babes. **S**i recte offers et recte non diuidis. peccasti. **R**ecte quidē quodcunq; horū offers. recte autē ab alterutro ea nō diuidis. **N**oli esse rectus oblator et prau⁹ diuisor. **Q**uid diuidis actū a fide. inique diuidis. fidem perimēs tuam. **N**ā fides sine operib; mortua est. **M**unus mortuum offers deo. **S**i enī quedam anima fidei ipsa deuotio est. quid fides que nō operatur ex dilectione nisi cadauer exanime? **B**ene honoras deū munere fetido. bene placas tue fidei interfectoz. **Q**uomodo hostia pacifica. vbi tam seua discordia ē? **N**on mirum si **L**ayn insurrexit in fratrem. qui suam prius occiderat fide. **Q**uid miraris o **L**ayn si ad tua non respicit munera qui te despicit? **R**ec hoc mirum si non respicit ad te. qui ita es diuisus in te. **S**i manū deuotōni. quid animū das liuori? **N**on concilias deū tibi. discoroz rectū. **N**ō placas sed peccas. et si nondū quidem impie feriendo. sed tamen diuidendo non recte. **E**t si necdū fratericida. iam tamē fideicida teneris. **A**unquid rectus vel quādo manū porrigis deo. cui⁹ cor in terraz trahit liuor et fraternū odium? **Q**uomodo rectus cuius fides mortua. cui⁹ op⁹ mors. cuius nulla deuotio. amaritudo multa? **E**rat quidem in offerente fides. sed non in fide dilectio. **R**ecta oblatio. sed crudelis diuisio. **M**ors fidei est separatio charitatis. **C**redis in christū. fac christi opa vt viuat fides tua. **F**ides tuā dilectio animet. probet actio. **N**on incuruet terrenuz opus. quem fides celestiu; erigit. **Q**ui te dicit in christo manere. debes sicut ipse ambulauit et tu ambulare. **Q**ui si propria; gloriā queris. florent inuides. absentē detrahis. reponis ledenti te. **H**oc christ⁹ non fecit. **C**onfiteris te nosse deum. fact⁹ autem negas. **N**on recte. plane. sed impie linguam christo. animam dedisti dyabolo. **A**udi ergo quid dicat. **H**omo iste labijs me honorat. cor autē eius longe est a me. **N**on es profecto rectus. qui tā non recte diuidis. **N**on potes arrollere caput pressum dyaboli iugo. **N**on te surrigere preuales cui dominaf iniquitas. **I**niquitates tue supergressę sunt caput tuum. et sicut onus graue grauante sunt super te.